Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



101

angelis cum thronis ⁊ dominationibus. Cum quibus omnibus militia celestis exercitus. innumeram gloriae tuae canimus. sine fine dicentes, Sanctus.

uel noctem

Infra actionem Communicantes et diem sacratissimam celebrantes resurrectionis domini nostri iesu xpi secundum carnem. Sed ⁊ memoriam.

Infra omnipotentem Hanc igitur oblationem seruitutis nostre. sed ⁊ cunctae familiae tuae quam tibi offerimus. pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum suorum. Quesumus domine ut placatus accipias. Diesque. Inplenis offis pfa. pas.

Per omnia secula seculorum. am. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm. Gratias agamus domino deo nro. Dignum.

Vere dignum ⁊ iustum est equum ⁊ salutare. Te quidem omni tempore. sed in hac potissimum die gloriosius predicare cum pascha nrm immolatus est xps. Ipse enim ueris est agnus qui abstulit peccata mundi. qui mortem nram moriendo destruxit. ⁊ uitam resurgendo reparauit. Et ideo

x domine